



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Cap. XX. XXI. XXII Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

CAPVT VICESIMVM.

Totum hoc caput variis locis Matthæi & Marci expositum est. Vt verò promptum sit inuenire, quo loco quisq; versus habeatur eos monstare operæ pretium duxi: Primus numerus Versum. Lucæ, alii Matthæi vel Marci Caput & Versum significat.

Lucæ.	Matthæi.	Marci.
1.	21. 23.	11. 27.
2.	21. 23.	11. 28.
3.	21. 24.	11. 29.
4.	21. 25.	11. 30.
5.	21. 25. 26.	11. 31.
6.	21. 26.	11. 32.
7.	21. 27.	11. 33.
8.	21. 27.	11. 33.
9.	21. 33.	12. 1.
10.	21. 34. 35.	12. 2. 3.
11.	21. 35.	12. 4.
12.	21. 35.	12. 5.
13.	21. 37.	12. 6.
14.	21. 38.	12. 7.
15.	21. 39. 40.	12. 8. 9.
16.	21. 41.	12. 9.
17.	21. 42.	12. 10.
18.	21. 44.	
19.	21. 46. 45.	12. 12.
20.	22. 15.	12. 13.
21.	22. 16.	12. 14.
22.	22. 17.	12. 14.
23.	22. 18.	12. 15.
24.	22. 19. 20. 21.	12. 15. 16.
25.	22. 21.	12. 17.
26.	22. 22.	12. 17.
27.	22. 23.	12. 18.
28.	22. 24.	12. 19.
29.	22. 25.	12. 20.
30.	22. 26.	12. 21.
31.	22. 26.	12. 21. 22.
32.	22. 27.	12. 22.
33.	22. 28.	12. 23.
35.	22. 30.	12. 25.
36.	22. 30.	12. 25.
37.	22. 31. 32.	12. 26.
38.	22. 32.	12. 27.

Lucæ.	Matthæi.	Marci.
40.	22. 46.	
41.	22. 42. 43.	12. 34.
42.	22. 43. 44.	12. 35.
43.	22. 44.	12. 36.
44.	22. 45.	12. 36.
45.	23. 1.	12. 37.
46.	23. 7. 6.	12. 38. 39.
47.		12. 40.

CAPVT VICESIMVM
Primum.

Lucæ.	Matthæi.	Marci.
1.		12. 41.
2.		12. 42.
3.		12. 43.
4.		12. 44.
5.	24. 1. 2.	13. 1. 2.
6.	24. 2.	13. 2.
7.	24. 3.	13. 3. 4.
8.	24. 4. 5.	13. 5. 6.
9.	24. 6.	13. 7.
10.	24. 7.	13. 8.
11.	24. 7.	13. 8.
12.	10. 17. 18.	13. 9.
13.	10. 18.	13. 9.
14.	10. 19.	13. 11.
15.	10. 19. 20.	13. 11.
16.	10. 21.	13. 12.
17.	10. 22.	13. 13.
18.	10. 30.	
19.	10. 22.	13. 13.
20.	24. 15.	13. 14.
21.	24. 16.	13. 14.
23.	24. 19.	13. 17.
25.	24. 29.	13. 24. 25.
26.	24. 29.	13. 25.
27.	24. 30.	13. 26.
29.	24. 32.	13. 28.
30.	24. 32.	13. 28.
31.	24. 33.	13. 29.
32.	24. 34.	13. 30.
33.	24. 35.	13. 31.

CAPVT VICESIMVM SECVDVM



Proproinquauit autem dies festus Azymorum qui dicitur Pascha: 2. Et quarebant Principes sacerdotum, & Scribe, quomodo Iesum interficerent: timebant vero plebem. 3. Intrauit autem Sathanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim. 4. Et abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. 5. Et gressi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. 6. Et spondidit. Et querebat opportunitatem et traderet illum sine turbis. 7. Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. 8. Et misit Petrum, & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, ut manducemus. 9. At illi dixerunt: Vbi vis paremus. 10. Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat. 11. Et dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magister: Vbi est diuersorium, ubi pascha cum discipulis meis manducemus. 12. Et ipse ostendit vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. 13. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. 14. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. 15. Et ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno. 17. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos. 18. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vni, donec regnum Dei veniat. 19. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod

quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. 20. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. 21. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. 22. Et quidem Filius hominis secundum quod definitum est, vadit: cœnantem amen vobis homini illi, per quem tradetur. 23. Et ipsi cœperunt querere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. 24. Facta est autem & contentio inter eos, qui eorum videretur esse maior. 25. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, beneficii vocantur. 26. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui princeps est, sicut ministrator. 27. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. 28. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. 29. Et ego dispono vobis sicut disposui mihi Pater meus regnum. 30. Ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedetis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. 31. Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetuit vos, ut cribraret sicut triticum. 32. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. 33. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. 34. At ille dixit: Dico tibi Petre, nō cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: 35. Quando misistis sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? 36. At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. 37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me, finem habent. 38. At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis, Satis est. 39. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum. Secuti sunt autem illum & discipuli. 40. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationem. 41. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, & positus genibus orabat. 42. Dicens: Pater si vis, transfer calicem istum a me: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. 43. Apparuit autem illi angelus de cœlo, confortans eum. Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrenti in terram. 44. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. 45. Et ait illis, Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem. 46. Adhuc eo loquente ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit IESV ut oscularetur eum. 47. IESVS autem dixit illi: Iuda osculo Filium hominis tradis? 48. Videntes autem hi, qui circumpresumerant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? 49. Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. 50. Respondens autem IESVS, ait: Sinite vsque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. 51. Dixit autem IESVS ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs, & fustibus? 52. Cum quotidie vobiscum fuero in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. 53. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur à longe. 54. Accenso autem igne in medio atrij, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. 55. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & cum fuisset intuita, dixit: Et hic vnus ille erat. 56. At ille negauit eum, dicens: Mulier, non noui illum. 57. Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O homo, non sum. Et interuallo factio quasi horæ vnus, alius quidam affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat: nam & Galileus est. 58. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantauit Gallus. 59. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia prius quam gallus cantet, ter me negabis. 60. Et egressus foras Petrus sileuit amare. 61. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cadentes. 62. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis est, qui te percussit? 63. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. 64. Et ait illis: Si dixero vobis, non creditis mihi: 65. Si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. 66. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. 67. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. 68. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium: ipsi enim audimus de ore eius.

IN CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM

ARGVMENTVM.

PASSIONIS Dominicæ historiam complectitur, à Consilio Sacerdotum & Iudæ prodicione vsque ad deductionem ad Pilatum. Solius Lucæ sunt, vers. 15. Et ait illis, Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patior. v. 17. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos. v. 23. Et ipsi cœperunt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. v. 28. & 29. Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposui mihi Pater meus, regnum. vers. 31. 32. Ait autem Dominus, Simon, Simon, ecce Satanas expetuit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. v. 36. Dixit ergo eis, sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. v. 38. At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis, satis est. v. 43. 44. Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum.

eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram, v. 49. Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus in gladio? v. 51. Respondens autem Iesus, ait: finite vsq; huc. v. 67. & 68. Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis, si vobis dixerim, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.

VERSUS 15.

Et ait illis: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar.

QUESTIO I.

Quomodo desideravit?

§. 1. Cœnam paschalem edere se desiderasse, & magno quidem desiderio proficere, non enim mortem timuit, sed pro hominum salute obire optavit. Non autem ideo quia vltima cœna fuit, sed quia in ea plurimum beneficiorum in Apostolos erat expensurus. Hebraice בִּישְׁתֵּי תַּחְוָא bishthitithaava, desideravi desiderium. Apud Epiphanium Hebraei sententiam dupliciter depravarunt, nam χράς, caro addiderunt, & praeposita negatione per interrogationem protulerunt. Μη θνήσκω, & θνήσκω, non morior, & morior, & χράς, caro. Num desiderio desideravi, hoc pascha carnem manducare?

§. 2. Pareus hinc necessitatem & voluntatem liberam conciliare nititur de grat. & lib. arbit. lib. 3. cap. 6. [Concludam, inquit, illustissimo sacrae Scripturae exemplo: Christus Servator noster summa voluntate pro nobis passus, mortuus est: Desiderio, inquit, desideravi comedere hoc pascha vobiscum, antequam ego pariar. Necessario tamen & immutabiliter est passus: Nonne oportuit Christum pati, & ingredi in gloriam suam? Ita oportet fieri: oportet filium hominis pati: oportet filium hominis tradi: oportet exaltari filium hominis: oportet impleri in me: oportet eum a mortuis resurgere. Si igitur Christus Servator voluitariè & necessario est passus & mortuus pro nobis: sequitur voluntarium aliquod necessarium, & necessarium aliquod voluntarium esse posse: Proinde stat nostra veritas: iacet adversarii Pelagiana assertio.]

Libert. as ne. cessitate hypothetica non tollitur. Respondeo; oportuisse illum pati, non absolutè, sed hypotheticè necessitate, quæ non obstat libertati. ut Bellarminus aliique docent. Facto enim diuino decreto oportuit, illud exequi, sed manente libertate, quam Deus fore ante decretum prauiderat.

VERSUS 16.

Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.

QUESTIO I.

Quomodo implendum in regno Dei?

Regnum Dei. §. 1. Magna tristitia Apostoli afflictabantur ob Magistri discessum, & quod audirent vltimam esse cœnam. Ille vero animos eorum altius erigit, ut potius considerent inchoari cœnam, quam in regno cœlorum sint perfecturi, seu completuri. ita Orig. tract. 35. in Matth. Euth. Theoph. Alii completum pascha interpretantur de passione & immolatione Christi. 1. Corinth. cap. 7. Pascha nostrum immolatus est Christus. Post mortem enim Christi mox epulum in

regno Dei æternum inceptit: iamque multa millena millia cum eo epulantur in regno cœlorum.

§. 2. Theophylactus regnum Dei vocat resurrectionem, quia per eam destructa mors est. Ad regnum Dei pertinere resurrectionem constat, sed pars illa est potius, seu initium.

VERSUS 17.

Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos.

QUESTIO I.

Cur ait, Accipite & diuidite?

§. 1. Non pertinet ille calix ad Eucharistiam, sed alius est ab eo, de quo vers. 20. vt Heron. Beda, Theophylactus. Consuetudinem Hebræorum fuisse, vt ab sumpto agno paschali paterfamilias poculum propinaret, quod circumiret, multi tradunt. Nam vers. 20. Lucas habet, & οὐκ ἐπεισέταυ, postquam conatum est.

§. 2. Obicit Beza: [Sed his obstat, quod Matth. 26. vers. 29. hæc ipsa verba de fructu vitis, ad mystici poculi narrationem applicat. Quid amplius? Apud Syrum interpreterem, maxima meritis auctoritatis, non extant versiculi 17. & 18.]

Cur Syrus omiserit vers. 17. & 18. causam dicere non possum. Transmutare contra fidem omnium codicum non est consultum. Nec obstat quod Matth. 26. vers. 29. ad Eucharistiam cum calicem illa verba accommodet. Figura erat enim vt agnus corporis Domini, & potus post agnum, sanguinis.

VERSUS 28.

Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis:

QUESTIO I.

Quomodo permanserunt cum eo in tentationibus?

§. 1. Tentationes sunt tribulationes & persecutiones Iudæorum, cum multi discederent. Ioan. 6. 67. hi perstiterunt, & palam scilicet cui sunt, & cum multi Principes crediderunt in eum, sed non confitebantur. Ioan. 22. 42. Paulus Christum per omnia tentatum affirmat. Hebr. 4. 15.

VERSUS 29.

Et ego dispono vobis, sicut disposui mihi Pater meus regnum.

QUESTIO I.

Qualere regnum disponit?

§. 1. Magnitudinem regni vtcunq; indicat, cum ait, se disponere illi sicut Pater ipsi disposuit simili se non æquali dignitate: Summus enim Rex Regum Christus, sub summo regnabunt sancti: simili modo disposuit locutus est disertus Poeta:

Princepsq; senatus:

Sed regnantis erat.

Premium hoc per euerantiam esse ostendit. Porro particulam similitudinis quidam referunt ad auctoritatem,

tatem, quod quemadmodum pater divina potentia & iure summo Christo disposuit, ita Christus etiam discipulis disponat. Pro dispono Græce est διατίθεμαι, quod ad dispositiones testamentarias pertinet, ut de lego. Sic Heb. 9.17. & alibi διατίθημι est testamentum.

§. 2. Beza vertere maluit: [Pacifcor, ait, διατίθεμαι, vulgata, Dispono, Alij etiam Lego, ex illa formula Da, Lego, in testamentis usitata. Nomen enim διατίθεμαι peculiariter de testamento dicitur: & hæc Christus ad mortem properantis verba speciem habet testamentariæ cuiusdam dispositionis, quo alludit Apostolus Heb. 9.17. Atque adeo cum iure mortis Christi cesserit nobis celestis hæreditas, merito noui testamenti nomine Evangelicum fædus appellatur.

Sed quum vox Hebræa בְּרִית berith de omnibus inter viuos pactis (de qua vide Matth. 16. 28.) dicatur: & totus iste sermo caperit ex ea controuersia, quæ inter illos duodecim de primatu minime profecto opportune exorta fuerat, apparet de illo celesti regno cuius participes erant pro suo modulo credentes omnes, ac proinde de illo fœdere sine testamento hic non agi, sed de Apostolica in huius regni administratione, id est, in promulgando Evangelio, & constituendo per orbem terrarum Ecclesijs, auctoritate: quam ipse ad Patrem abiens, ipsis committat, eadem quam iam a Patre acceperat conditione, nusquam ipse descendens a voluntate Patris, nec quicquam ut a seipso loquens, quoniam fuit Evangelij minister & prætor, vtoties apud Ioannem inculcat: vno licet Dominus, discipulis suis ministrans, quod etiam ablutione pedum in hac ipsa cæna sancitum voluit. Quod si tale fuit Apostolicum regnum, imò Christiplus in Ecclesiastici ministerij functione, vnde ista Romanæ Antichristianæ totius hierarchiæ tyrannis, & verque ille gladius? Syrus interpres pro διατίθεμαι utitur verbo διατίθημι (iudah) quo etiam vsus est Mar. 14. 11. pro διατίθημι, id est, pacto & conuento spondere. Patet, id est, de hoc ipso regno, id est, regni cælorum promulgandi ministerium. Nec enim sequens versiculus ab hoc verbo, ut putauit Theophylactus, sed a tota huius vers. sententia dependet.]

Imprimis de regno cælorum magi dubium non est, non de prædicatione Evangelij. Nam quærebatur quis futurus esset maior in regno cælorum, qui sederet ad dextram & sinistram, non de labore Euangelizandi, & bibendo calicem, consequenter vero quis primus etiam in hoc mundo, eo modo quo reges gentium dominantur, ad hoc respondet: Non fore tale regimen aut Dominium in hoc mundo, sed aliud regnum illis disponere, illud vero regnum esse, ut edant & bibant, v. j. Constat autem his verbis celestem gloriam describi. Nam in Apostolica administratione non fuit regnum illud, sed cunctes ibant & flebant mittentes semina sua. Nec sederunt iudices, sed ad iudices & prædices tracti sunt, & pro Christo contumeliam passi. Fundamento igitur subruo, calumniam concidere necesse est. Pontifex enim etiam suis aliquando ministrat, pauperum pedes lauat, non dominatur more Regum gentium, aut si ita dominetur, iam a Christi lege recedit, non tamen ideo detrahenda est illi prærogativa potestatis, si abusus prohibetur. Patrum habet imperium in filios & fratres suos forma gregis, & doctor. Gladium habet spiritalem a Christo, quod suis Popis etiam Caluiniani concedunt. Gladium seculari non ex vi potestatis spiritualis, sed ab Imperatoribus pijs, qui Prouincijs. & Imperio Ecclesiam decorant. Non repugnare autem possessiones rerum secularium, & iurisdictiones officio sacerdotum a hæc sæpe docui. Nec si nobilis, Baro, comes, ministerio Caluinistico in se suscepro familiam suam funestet,

Adam Conzen in Euang. Tom. II.

ideo quoque exui eum possessionibus, & iure subditos regendi excidere patientur.

VERSVS 31.

Ait autem Dominus: Simon, Simon ecce Satanas expetuit vos, ut cribraret sicut triticum.

QUESTIO I.

Quid Satanas expetuit?

§. 1. *Συνέλαβεν οὖν τὸν σίτρον, cribrare sicut triticum, hoc est, Cribrare exquisitis modis affligere, tentare, sursum, de. Deiest, & orsum vertere, donec fidem ex euteret, & exsterneret.*

omne iudicium postulauit a patre meo celestis, sine cuius nutu, nec minima illi tentatiuncula permilla est. Ideo tanquam gladiator ferox, mortis suæ iam certus a Deo ad singulare certamen prouocat Apostolos. Multi vertunt, postulauit. Cyp. vt vexet vos. Ambrosius, cerneret, Tertull. de fuga discerneret, alij cerneret. Beza ventilaret, quod cribrare non ad Satanæ studium, sed Dei consilium magis pertineat. Sed hic ratio habetur turbationis, & concussionis, quæ est in discerniculo seu cribro.

§. 2. Beza in hunc modum commentatur: [De Apostolici, ait, muneris & Ciuilis imperij discrimine loquutus Christus, occasione oblata ex ea contentione quæ inter illos duodecim tam importuno tempore exorta fuerat, non temere sermonem ad Petrum specialiter dirigit. Hac admonitione duplici de causa præceteris egentem, grauius videlicet, quam ceteri collegæ peccaturum, & tamen ceteris aliquando, singulari constantiæ exemplo preitutum. Quorsum autem hoc ad Antichristianum primatum?]

Quod Petro magis necessariam monitionem ait, Petrus mortuum est, non ille, sed filij Z. bedæi primas ambiunt, rant. Quod grauius erat peccatum, non ad hoc pertinebat, ut ideo primatum ambiret, sed penitentiam ageret. Quod ad exemplum constantiæ, alij quoque grauiora passi sunt.

VERSVS 32.

Ego a. Rogavi pro te ut non deficiat fides tua & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.

QUESTIO I.

Quid conuersus facturus est Petrus?

§. 1. *Conuersus Græce dicitur ἐπιστρέφω, se conuersus ad alios, nam actum est: confirmare Apostolos, & alios fideles iubetur. Nemo autem dubitat, quin ille qui ex officio confirmare fratres debet, eum habere inter eos prærogatiuam aliquam dignitatis. Theophyl. sic interpretatur: Quia te habeo, ut principem discipulorum, postquam negato me fuisse, confirma ceteros hoc enim te decet, qui post me Ecclesia petra es, & fundamentum. Et Leo Sc. m. 3. de Ponif. Pro fide Petri propria supplicatur, tanquam aliorum status certior sit, futurum, si mens principu vicia non fuerit.*

Hinc etiam apparet, ne errare quidem in fide posse Petrum, & consequenter nec Pontificem: Oratum est fide errare enim ne fides deficiat, vel falsa scilicet credendo, vel non potuit certe docendo.

§. 2. Petri exemplo omnes in fide & iustitia confirmatos tradit Caluinus l. 3. Instit. c. 24. §. 6. [Iam vero, inquit, neque hoc dubium est, quum orat Christus pro omnibus electis, quin idem illis preceatur, quod Petro]

Q

Petro

Petro, ut nunquam deficiat fides eorum. Ex quo elici-
mus, extra periculum defectionis esse, quia eorum
pietati constantia postulans filius Dei, repulsam pas-
sus non est. Quid hinc nos discere voluit Christus, ni-
si ut confidamus, perpetuo nos fore saluos, quia illius
semel facti sumus.] Magna praesidentia, sed stolidi,
conficere conatur, Christum pro omnibus electis o-
rasse, ne fides eorum deficeret, quia pro Petro orauit,
vnius Apostoli privilegium in omnes extendit, &
cunctis securitatem inter tot pereuntium greges pro-
mittit.

Non om-
nibus ob-
tinuit,
quod Pe-
tro.

Loquitur tam de praesente afflictione, quam illa,
quam toto vitae & mortis tempore Apostoli pertule-
runt, quae plurimae & grauissimae fuerunt.

Petrum appellat, tanquam caput omnium, & om-
nes confirmaturum: ad principis enim exemplum ce-
teris reguntur.

§. 3. Bellarminus l. 1. c. 7. de amissione gratiae &
statu peccati. Praedestinos posse peccare mortaliter
probat. Petrus enim praedestinatus erat, peccatum quo
negavit & peieravit, mortale fuit. Pareus totum hoc
concedere se ait, & aliud, contra veritatem, telum in-
torquet.

[Aut Petrus Apostolus, ait, ter negando &
eiurando Dominum, penitus excussit Spiritum S. a-
misit fidem, excidit gratia: aut non. Si penitus haec a-
misit: sequitur irritam fuisse Christi pro Petro preca-
tionem: Oraui pro te, ne deficiat fides tua: quod ab-
surdum. Dicit, lapsu fidem interruptam: postea red-
ditam ei fuisse. Frustra est. Non dicit Dominus: Oraui
pro te, ut restitueretur tibi fides, sed, ne deficiat fides
tua. Interrupta & restituta Petro fides non fuisse: v-
na numero fides Petri, pro qua precatio erat Christi fu-
isse, quod absit. Si non amisit penitus fidem, Spiri-
tum, gratiam: stat sententia, sanctos, quando victi
cupido, tibus ut Dauid Propheta, vel metu, ut Petrus
Apostolus, ex infirmitate carnis lethaliter peccant,
non penitus amittere Spiritum Sanctum, fidem, gra-
tiam: licet vulnera lethalia eis infligat Satan, quae
nisi per veniam misericordiae Dei sanarentur, tota-
liter auulsos à Deo tandem aeterno inuoluerent
exitio.]

Fidem sine
iustitia ef-
se posse.
Respondeo. Orthodoxos omnes affirmare Pe-
trum gratiam peccando amisisse, gratiam in qua san-
ctificantem, seu gratum facientem, non tamen fidem;
Imperite autem ista semper coniungit, fidem & iusti-
tiam, cum nos iustitiam nunquam sine fide, sine
iustitia fidem esse doceamus. Non enim si quis fi-
delis labitur, fidem lapsu perdit, sed gratiam, qua
Deo placet.

Porro non confici inde Papam habere gladium v-
trumque, & ius saeculare directum docet Bellarm. l. 3.
c. 5. de Pontifice Romano.

QVÆSTIO II.

An non defecerit fides
Petri?

Christus
non orauit
eo modo
pro omni-
bus, quo
pro Petro.

§. 1. Orasse pro perseverantia Petri in fide se Chri-
stus affirmat, exauditus res ipsa clamat, &
praesens promissio. Cribatus est, turbatus, negavit,
peieravit, non est amissa tamen fides, sed fidei con-
fessio. Aretius pro omnibus fidelibus Christum id
impetrasse, ut non deficiat fides ipsorum, contendit,
cum tamen multorum apostasia, lapsusque ostendat,
id non omnium esse, sed paucorum; Petro au-
tem publicè promissum.

§. 2. Cum autem fides Petri, non in eo modo, ut

Ecclesiam doceat, sed in omnibus successoribus
necessaria, non pro solo Petro, sed omnibus quate-
nus Ecclesiae praesides sunt, Petri successoribus ora-
uit. Firmata igitur de fide, non de carne Petri Ec-
clesia, non enim cum Petro moriente est mortua fi-
des. Nam ad successores transijt promissio gratiae,
ad quos onus officij deuolutum est. Theophyl. Petri pro
patrum recepit. Vide & Chrysostom. homil. 55.
in Matth. Sic Synodi quartae Patres definiunt. *ἡ
ἐκκλησία κατὰ πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἡ τῶν
ἐκκλησιαστικῶν κατὰ πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἡ τῶν
ἐκκλησιαστικῶν κατὰ πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν.*
Vt beatissimus Episcopus Romanae ciuitatis, cuius sacerdotium Petrus
contra omnes antiquitas possedit, locum & potestatem habet, fides
beat omnes iudicandi.

§. 3. Hinc etiam clarum est, Pontificem agen-
tem de articulis fidei, conuocato consilio, & debita
diligentia adhibita errare non posse. Fides enim
ius non deficiet. Filius enim Dei repulsam passus non
est.

Certe oratione Christi ita firmatam Petri fidem,
successorumque eius, ut publice Ecclesiae falsam do-
ctrinam proponere non possint, veteres interpretes
magno numero docent. Leo 1. de assumptione ad
Pontificatum. Leo 9. Epist. ad Petrum Antiochenum
Patriarcham. Agatho Epist. ad Constant. in Synod. 6.
act. 4. Lucius 1. Epist. ad Episcopos Hispaniae. Ber-
hard. Epist. 9. ad Innocent.

§. 4. Porro ridiculum est, accommodare Ponti-
fici quod Christus dixit Petro, *Vade retro Satan.* Hoc
si Petri auctoritati non obstat, nec Pontificum ob-
stabit. Pari enim modo in utroque diceretur. Matth.
16. 23. Christus ita respondet, *Vade post me Satana.* Sec.
Vbi Petrum non nominat diabolus, sed Satan, hoc
est aduersarium, quod Christi voluntati de morte a-
more quodam & incogitantia aduersaretur, quod
Pontifices facere etiam possunt, ut infirmitate huma-
na contra Dei voluntatem agunt, nec ideo tamen à fi-
de excidunt.

VERSUS 36.

At illi dixerunt nihil: Dixit ergo
eis: Sed nunc qui habet sacculum,
tollat similiter & peram, & qui
non habet, vendat tunicam suam
& emat gladium.

QVÆSTIO I.

An gladio uti Apostolos Christus
iubeat?

§. 1. Duplexfensus esse potest. Primus: Sed nunc
qui habet sacculum, tollat, & emat gladium, qui
non habet, vendat tunicam, & emat gladium. Alter, qui
sacculum habet, eum secum tollat, & sibi de victio pro-
spiciat, instat enim tempus, quo amici & hostes
ut discipuli non poterunt, similiter & peram tollant
meatu reserant. Imo qui gladium non habet, ven-
dat tunicam & emat, nusquam enim inter inimicos tu-
tus erit. Apud Basilium in Asceticis desent. 251. ha-
betur *ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀπογοστῆς*, sed melior recepta
lectio.

§. 2. Non

6. 2. Non tamen his verbis eos iubet esse de victu sollicitos, aut armari gladijs. Verum temporum afflictiſſimum conditionē proponit figuratē; vt si quis dicat. Sine pecunia, sine pera, imo sine gladio iam vivere nemo potest. Sunt enim tempora calamitosa, fame, et bello trita. Iuber autem facere, quod hominibus in periculis facere aſſolent. Ier. 9. 17. Ezech. 4. 2. Hoc paulo post exemplo docuit, cum Petrum gladio venient prohibuit, et vulnus inflatum sanauit. Solus iurgis est. Haec tunc me praesentia securi fuisse, iam bellum instat, iam si humanis praesidijs interemni arma essent accipienda. Petrus Cluniac. l. 6. Ep. 29. Ecclesiam quidem negat habere Imperatoris gladiū, fed tamen super ipsos Imperatores imperium.

§. Multis ex hoc loco probare nititur Erasmus, non esse licitum Christianis bellum: varia adducit, quibus caritas, etiam inimicorum, mansuetudo, tolerantia, nobis commendatur, vindicta prohibetur. Verū, possunt in duce, & milite virtutes esse, vitia abesse: nec enim ad bellum opus est sceleribus, sed iustitia. Sed verba Erasmi, & argumenta videamus: [Præterea autem, inquit, id docuit, quod isti volunt, cur ipse non præstat, quod docet? quando ipse paravit si-
bicommodum? quando ensibus, aut machinis sese aduersus persecutorum vim commisit?]

Respondens Christi facta esse nobis exemplo, nec
tamen omnia nobis necessario facienda, quæ ipse
fecit. Nec omittenda quæ non fecit, domû non exstru-
xit, vxorem non duxit, nec Christianos tamen *adversus*
domos, sine domo, sine coniuge vivere iussit, venit ut
moreretur, ut aduersa toleraret, non ut bellum ge-
reret. Pergit Erasmus: [quaratione illud, *ait*, explica-
bât, quod tunica diuidenda iubet emi gladium? quâ-
didquidem placet vrger e l. teras ac syllabas sermonis.
Num illos nudos enlibus accinctos mittit in bellum?
Nouum vero copiarum genus.]

Respondeo puerile quidem hoc esse; *ἱμάτιον* veste
designat, tunicam & pallium, Syrus **ܚܚܝܩ** *nachthech*
quod pallium suum proprie significat. Itaq; tunicam
superiorem vendere poterant, & non plane nudi in-
cedere, sed ad rem quod attiner, Christus indicat tan-
tam fore persequutionem, vt si humana ratione pericu-
la ultimanda sint præsteresse seminudos, quam inermes.
Recte quidem ille probat, non esse imperatum
emere gladium. Falso autem statuit, non licere.

Opponit tandem Patrum interpretationes, imprimis S. Ambrosij [Nec animaduertunt, inquit, quid hic interpretetur Ambrosius, etiamsi in te tam perspicua quid opus interprete? Cur, inquit, mere iube gladium, qui ferire me prohibes? Cur habere me precipis, quem vetas promi? Nisi forte vt sit parata de sententia, non vltio necessaria, vt videat potuisse vindicari, sed non iussit. Deinde dissoluens quod poterat ex veteris instrumenti literis obijci, permittum esse bellum, tamen, inquit, reserue me non vetat, & ideo fortasse Petro duos gladios offerenti, stat est dicit, quasi liceret vltq; ad Euangelium: vt sit in lege aequitatis et iudicatio in Euangelio bonitatis perfectio, mox aduersus reclamatorios opponit hæc: Multis hinc inquit videtur, sed non iniquis Dominus, qui cum he possent vlticij, maluit immolari. Denique in calce hoc adiungit, duos gladios interpretatus, veteris ac noui testamenti scientiam, Quasi nihil iniquis desit ei, quem vlticij testamenti doctrina munierit, &c.]

Ambrosius gladium spiritaliter interpretatur, ut
ostendat, non iustos esse pugnare gladio. Deinde etiā
addit, quod defensionem prohibitam fuisse. In Euange-
lio esse bonitatis perfectionem, sese non defendere.
Hæc vera sunt. De Christo enim & passione loquitur:
non autem de bello Christianorum, Christus noluit
defendi, non veruit ne nos defendamur. Christus ve-
luti Adam in Euang. Tom. II.

nerat immolari, non ergo Magistratus innocentem
contra latronem tuebitor. Porro Ambrosius fenfile
bellum esse licitum constat officiorum l. i. c. 29. *Qua-*
nta autem, ait, iustitia sit, ex hoc intelligi potest, quod nec locus,
nec personis, nec temporibus excipitur, qua etiam hostibus re-
feratur: ut si constitutus sit cum hoste aut locus, aut dies pialis,
adversus iustitiam puerit, aut loco puenire, aut tempore. In-
terest enim vtrum aliquis pugna aliqua & constiti graui ca-
piatur, an superiore gratia, vel aliquo euentu. Si quidem rebe-
mentioribus hostibus & insidiis, & his qui amplius laferint rebe-
mentior referat plicio.

Quod Origenem etiam adducit, nihil efficit. Nam *Origenis*
inter eius errores, hoc quoque recensere non est alie- *error.*
num. Quamvis ille quoque de Christi passione loqui-
tur, voluit enim Dominus eos vendere tunicam, &
emere gladium.

§. 4. Aliud ex Augustino producit in Psalm. 37.
Orandum pro inimicis, non vt occidantur, sed vt corrigantur. Occidere
Si non licet orare deum, vt inimici in isto supplicio coercantur, sine odio
multo minus licet nobis illos occidere. & epist. 18. ait cen-
tessimum passiones martyrum, si vicissim occiderentur
inimici. Orandum pro inimicis & priuatis & publicis,
sed tamen nec illi caritate excludendi sunt, contra
quos bellum gerimus. Nec dicit Augustinus, nunquā
licere orare, vt occidantur, id enim ipse concedit imo
& occidi posse. Sed caritatem & patientiā
iustitiā vindictamq; anteponit. Quidam duos gladios
esse satis interpretantur, nec velle quicquam alijs co-
parandis impendi. Aliud vero illud *ἵνα* esse verba
putat sermonem abruptum: quod Apostoli si-
guram locutionis non intelligunt.

VERSUS 43.

*Apparuit autem illi Angelus de celo
confortans eum. Et factus in a-
gonia prolixius orabat.*

QVÆSTIO I.

Quomodo Christum Angelus confortauit?

§.1. **M**irum videri posset, quomodo humanā naturam diuinitati iunctam, beatā, omnes Angelos spectatē, vnus Angelus aspectabili forma apparens confortaret, cum hoc nec diuinitas, nec ipsa humanitas faceret. Fuit hoc dispensationis eternæ, vt *Humilitatē* animam consolatione voluntariē priuatam, & tristē *tu fuit ab* hoc modo Angelus firmaret, quo omnibus fidelibus *angelus* ostenderetur Dei auxilium afflictis nunquam deesse. *ciere con-* Mox enim cum dixit: *Pater filii, transfer calicem istum a fortationē.* me. *Græcē, εἰ βούλει παρένεγκες, σὺν τῷ πατρί, transfer.* Sed vetustissima habent *παρένεγκες* transfer, & Epiph. aduers. Arian. *παρέλθ' εἰς τὸν, translat.* Perinde ac si homini puro alicui in tormentis constituto Angelus consolator mitteretur.

VERSUS 44.

*Et factus est sudor eius sicut gutta
sanguinis decurrentis in terram.*

QVÆSTIO I.

Cur sanguinem sudarit?

§. i. **G**uttas vocat εἰσὶν ἡχομοί, sicut guttae sanguinis, sudorem enim aqueus erat sanguine mistus. *Causa sanguinis*
De dolore Christi dictum est apud Matthaeum. De sanguine sudore quasi solet. Ac primo quidem constat magno in discrimine ac tormentis sudorem prorumpere. Deinde cum tenuis ac rare texture corpus est, potest esse ille ardor & conatus animi lucidatus, ut sanguinem cum sudore aqueo elicet at, quemadmodum

Q 2 sanguis

sanguinem florum & herbarum per ignes euocant artifices sic Christus in agonia ut noster vertit, vocabulo in Ecclesia satis noto, cuius vim Beza minuit, cum vertit angore, plus est agonia quam angor, hic est enim animi timentis & pressi angustia, ἀγωνία & illū significat, & lucam, qua contra nititur; nam ἀγωνία magis ad certamen & praelium, quam timorem pertinet. Est autem proprie animi æstuatio, qua percelluntur, qui in certamen descendunt, quod tamen periculum sponte suscipiunt, ut plurimum.

Leſio
Gracia.

Hilarij
dubitatio.

§. 2. Hieron. l. 2. contra Pelag. & Hil. l. 10. de Trinit. testantur hanc partem è multis Græcorum libris delectam, quod vellent Christo tantam tribuere infirmitatem. Quibus optime responsum à Nazianz. in dñs τὸ τοῦ σώματος & τὸ τοῦ πνεύματος: An ideo in honoratus erit, qui propter te abiecit? Athanas. l. 6. ad Theoph. anathema dicit illis qui sudorem sanguineum Christo negant. Epiph. in Ancorato. Aug. l. 3. de consensu Euang. c. 4. legunt & approbant. Hilarius ob codicū varietatem dubitauit. l. 10. de Trin. Sed quia hanc, ait, nescita dei professionem, non ignorantia esse infirmitatem, sed tacendi dispensationem docuimus: expungenda etiam nunc est omnis impia assertio occasio, & omnes hereticæ blasphemie transcurrenda sunt predicationis, ut veritas Euangelij per ea ipsa quibus obscurari videbatur, eluceat. Volunt enim plerique eorum ex passionis metu & ex infirmitate patiendi, non in natura eum impassibilis Dei fuisse: ut qui timuit & doluit, non fuerit vel in ea potestate securitatis qua non timet, vel in ea spiritus incorruptione que non dolet: Sed inferioris à Deo patre nature, & humane passionis trepidauerit metu, & ad corporalis pena congemuerit atrocitatem. Atque hac impietatis suæ assertionem nituntur, quia scriptum sit: Tristis est anima mea usque ad mortem. Et rursum: Pater si possibile est, transiit à me calix iste. Sed & illud: Deus meus, quare me dereliquisti: Hoc quoque adijciunt: Pater commendo in manus tuas Spiritum meum. Has enim omnes pie fidei nostre professiones ad impietatis suæ rapiunt usurpationem. Ut timuerit, qui tristis est, qui & transferri à se calicem deprecatus sit: ut doluerit qui derelictum se à Deo in passione conqueſtus sit: ut infirmus quoque fuerit, qui spiritum suum patri commendauerit. Nec anxietas admittat similitudinem exaquare ad Deum vnigeniti naturæ que infirmitatem diuersitatemque suam & deprecatione calicis, & desolationis querela, & commendationis confessione testetur. Ac primum antequam ex his ipsis dictis demonſtrems, nec metuendi de se in eum infirmitatem incidisse aliquam, nec dolendi: querendum est quidnam videatur timere potuisse, ut in eam formido intolerandi doloris vel terroris inciderit: & puto non alia hic ad timendum quam passionis & mortis causa pretenditur. Et interrogo eos qui hoc ita existimant, an ratione subsistat, ut mori timuerit: qui omnem ab Apostolis terrorem mortis propellens, ad gloriam eos sit martyrij adhortatus, dicens: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus: & qui inuenit animam suam, perdet eam: & qui perdidit eam propter me, inueniet illam. Cum enim pro eo mori, vita sit: quid ipse in mortis sacramento doluisse existimandus est, qui pro se morientibus vitam repperdat? Et cum non timendos esse qui corpus occiderent, monet, ipsum illum mors à timore passionis corporalis exterruit? Tum denique quem dolorem mortis timeret, potestatis suæ libertate moriturus? Humano enim generi vita mortem aut vi exterior, id est, febrium, vulneris, casus, ruina, deſtrata in corpus accelerat, aut ipsa natura corporis nostri senio in eam ipsam mortem victa concedit, vnigenitus autem Deus ita potestatem habens ponende animæ, ut resumenda ad peragendum in se mortis sacramentum cum potu aceto consummasse se omne humanarum passionum opus restatus esset, inclinato capite tradidit spiritum. Si hoc natura hominis ius reli-

Christus
mori non
timuit.

atum est, ut per se exhalans spiritum requiescat in mortem, & non dissoluto corpore labefacta anima decedat, vel abruptis aut perſectis aut collisus membris spiritus tanquam in sede sua violatus erumpat aut effluat: incidat in Dominum vite mortis metus, si quod emissio spiritus mortuus est, non libertatis sue ad moriendum vsus est potestate. Quod si ex se mortuus est, & per se spiritum reddidit: non est terror mortis in potestate moriendi. Sed forte humana ignorantia timide hanc ipsam suam moriendi in se timuit potestatem, ut licet ab se mortuus tamen hoc ipsum quod moriturus esset, timuerit. Et si forte erunt, qui ita existimabunt, constitui cui rei existiment morte fuisse terribile. spiritui autem corpori, an ignorat quod sancto corruptionem non visuro, intra triduum corpori sui templum esset suscitaturus? Si vero spiritui mori terribilis est: Lazarus in Abraham sinibus latante infernum chaos Christi timeret? Hac stulta atque ridicula sunt, ut in potestate ponenda animæ ac resumenda mori timeret, ad Sacramentum vite humane sub voluntatis sue libertate moriturus. Non est in voluntate morientis mors, & in potestate non diu in morte manendi timor mortis, quia & voluntas moriendi, & potestas, uiuiscendi, extra naturam timoris est, dum timeri mors non potest, & in voluntate moriendi, & in potestate uiuendi. Sed forte pendit in cruce corporis pena, & colligantium funium violenta vincula & adactorum clauorum cruda vulnera sentit timori. Et videamus cuius corporis homo Christus sit, ut in suspensam & nodatam & transſossam carnem dolor inuaserit. Ea enim natura corporum est, ut ex consortio anime in sensum quendam anime sentientis animata, non sit hebeterrimaque materies: sed & tactu sentiat, & compuncta doleat, & algens rideat, & conſola gaudeat, & inedia taseſcat, & inquiescat cibo. Ex quodam enim obtinentis se penetrantique animæ transſuſe, secundum ea in quibus erit, aut oblectatur, aut leditur. Cum igitur compuncta aut effossa corpora dolent, sensum doloris transſuſe in ea anima sensus admittit. Denique vulnus corporis vsque ad os dolet, & digiti excedentium ex carne vnguium præſegmina neſciunt. Et si quando accedente vitio pars aliqua corrupta membrorum, sensum vine carnis amiserit: ea cum vel deſecabitur, vel preetur, dolorem qui quis esse potuisset, non manente in ea anima permixtione, non sentiat. At cum grauis neceſſitas recidendi corporis manet, medicato potu conſopitur vigor anime, & in emortuam sensus sui obligationem mens succis violentioribus occupata conſicitur. Actum doloris neſcia membra ceduntur, & omnem alii vulneris plagam sensus carnis emortuus, sensu anime in se torpentis cadit. affert itaq; dolorem per animæ infirmis admixtione, in infirmum sensum suum corpus animatum.

§. 2. Hinc e iam blasphemie occasionem Cal. Caluini uiniani arripuerit. Christum scilicet, deſperasse, per blasphemias inferorum ſuſtinnisse. Alioqui multos martyres nunc eo fortiores futuros fuisse, qui sanguinem non lacerant.

Hac de questione apud Mathæum dixi. Nunc vnicum obseruandum est; Christum consolationis præſidijs, quibus alios martyres Deus contra tormentata firmavit, seipsè deſtituisse, ne animam quidem perpetua cruciatuum meditatione abdaxisset, idcirco naturam fortiter pugnantem hoc luctu sine indicium dedisse. Denique omnia singulatum studio conſiderasse, quæ mortem augerent. Quocumque & Deus cum natura sibi relicta effer; Angelum externa specie, quasi ad hominem purum, viatorem, afflictum misit, non enim interna consolatione eum animare voluit, verum id ostendere humanitatis hoc esse certamen, non concurrere vilionem beatificam, & gaudia ex illa manantia ad cruciatum mitigandos, aut dolores.